Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 779

Quelle:
Copyright:

Auguſtino et primo inconmencza el prologo. Initium: *Inperoche fra tucti li deuoti libri chi ſe trouano: lo libro deli ſoliloquij de ſancto auguſtino me pare de ſingulare deuocione: Aio me penſato de uolgariczare: Acciochi cuſſi ſanta et utile opera ne poczamo recepere utilita lle deuote perſone che non ſapeno grammatica.* Ceterum munditiam cordis lecturis commendat ignotus Tradutor. Neſcio, an hoc *Prologo* gaudeant Editiones *Mediol.* 1480. *Florent.* 1481. *Mediol.* 1492. quas enumerat *Jac. M. Paitonus T. I. Bibliot. degli Autori ant. volgarizzati p.* 28. Objacet mihi vero *Veneta*, quam ille non adfert, *per Matheo di Codecha* (Capo di Caſa) *de Parma* 1494. 8. *min.* Prologo carens; ejusdem tamen cum noſtro Codice Verſionis, ut e paucis hiſce C. I. lineis liquet.

Codex.	Editio.
Damite a canoſcere Signore chi me cognoſce: damite a cognoſcere uirtu de lanima mia: demoſtramete conſolatore mio. Laſſamete uidere lume deli ochi mei: Veni in me gaudio delo ſpiritu ſancto: Sic io te ueggia leticia delo core mio. &c.	*Damiti a cognoſcere ſignor che mi cognoſci. Datemi a cognoſcere uirtu de lanima mia. Demonſtramite conſolatore mio. laſſami te uedere lume de liochi miei. uiene in mi gaudio de lo ſpirito mio ſi chio te ueza letitia del cuor mio* &c.

Ceterum correctior aliquantum, et *Venetae* dialecto adcommodata eſt Editio, ut ſucceſſu temporis fieri ſolet.

II. *fol.* 47. *Inconmencza la meditatione in uolglaro* (ſic) *ſopra la paſſione del noſtro ſignore iheſu chriſto reuelata nouellamente da ipſo iheſu criſto benedicto a uno ſancto homo chi deſideraua ſapere qualche coſe poteſſe fare grata ala ſua maieſtate.* Initium Prologi: *Qualunca perſona o ſeruo o ſerua de criſto deſiderera con tucto lo core ſuo non tepidamente* &c. Exponitur fuſius Revelatio, cujus meminit Inſcriptio, nihil tamen inde ad ejus hiſtoriam diſcas. Ipſum pium Exercitium praevia inſtitutione incipit: *De una* (Diuina?) *eterna Sapientia del padre Signore mio iheſu criſto cum precordiale affecto te recordo ogi tucti li amaritudine* &c. et conſtat Articulis, Orationibus, Conſiderationibus, Meditationibus, Salutationibus, quae terminantur ſpecie quadam Litaniarum, quovis verſu incipiente: *Humillimo iheſu.* Aderat ad calcem miniata clauſula fortaſſe nomen Autoris exprimens; ſed a male conſulto quodam extrita eſt. Sec. XV. per Italiam pluries impreſſae ſunt *Meditationi dela uita et paſſione del noſtro ſaluatore miſſer Jeſu chriſto*, ſed hae dicuntur *cauate de ſancto Bonauentura et altri doctori*, et a noſtris diverſae ſunt.